Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dicemur terrenus. secundus homo de celo
caelestis; qualis terrenus. tales & terreni.
& qualis caelestis. tales & caelestes; sicut portta
uimus imaginem terreni. portemus & imaginem cae
lestis; Uidet quod ostendit. quia si permanserit in eo
quod primum est. quod dicemur e. reprobi uenerit.
nisi commutet. nisi conuertitur fuerit. nisi caeles
tis effectus imaginem caelestis acciperit; hoc ide. e.
quod & alibi dicit. exuentes uetere hominem
cum actibus suis. & induentes nouum homi
nem qui secundum deum creatus e; Idipsum & in alio loco
scribit. ecce uetera transierunt. facta sunt omnia
noua; idcirco ergo promissionem suam renouat dr.
ut ostendat tibi quia debes & tu renouari; non p
manes ille in ueteribus. nec & tu uetus homo permanebis;
De celo haec loquit. ut & tu imaginem caelestis
accipias; prae quid tibi pro derit. si dr innouas p
missionem. & tu non innoueris. Si ille de celo
loquit. & tu de terra audis. quid tibi prodest.
si dr se iuramento constringit. & tu haec quasi co
munem audiens fabulam transeas. quaren
considerem quod propter tedr & ricem eis quae ena
turae suae aptae minime uident amplectit.
iunere dicit dr. ut tu audiens paueas. & intremiscas.